Fragmentarium



a)

SIXTVS PP IIII

L. Grifus

b)

IVLIVS PP II

Bal. Tuerdus

c)

PAVLVS. PP. V.

Dilecti filij Salutem et Apostolicam benedictionem. Periucundæ nobis fuerunt literæ uestræ, in quibus primum summoperè laudamus pietatis, et fidei uestræ singularè studium erga sanctam Sanc sedem; deindè zelum Charitatis, quo aliorum errata doletis, et conuersionem aberrantium ad meliora consilia desideratis, valdè probamus. Planè opinionem, quam de prudentia, et pietatè istius egregij Senatus habebamus, confirmastis. Iam uero experimento cognoscimus; quod vtiquè procul dubio semper credidimus; uos summo iurè appellari Defensores Ecclesiasticæ libertatis. Vidimus quidem, quam benè virtutem uestrorum maiorum æmulamini, qui tantum, et tam splendidum nomen sibi comparauerunt: cum uos eadem animi promptitudinè, qua illi, quoties opus fuit, fortiter, ac constanter pugnando, dignitatem huius sanctæ sedis tutati sunt; uires, opes, copias nobis pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris uestræ amantissimæ maiestatè retinenda, obtuleritis. Et nos quoquè Soc uestræ deuotionis, et filialis obseruantiæ officium ea in uos animi propensionè accepimus, vt rè ipsa quantum cum Domino poterimus, declaraturi simus uobis, uigerè semper in animo nostro memoriam significationis huius egregiæ voluntatis uestræ. Nec vllam vnquam prætermittemus occasionem, qua commodè possimus Sac de causa vobis gratificari. Interea Deum precamur, à quo cuncta bona procedunt, ut uos cõtinua protectionè custodiat, ac simul uobis peramanter benedicimus. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris. Pridie Idus Augusti MDCvj. Pontificatus Nostri Anno Secũdo.

Petrus Strozza

A. D. 1472. 1512. 1606. — Päpstliche Breven.

Freiburg (Schweiz), Staatsarchiv, und Mailand, Biblioteca Ambrosiana.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Tafel 116 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60128)